



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Distinct. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

DISTINCT. XII.

747

missionem consequamur. Quotidie commeditur ipse & bibitur in veritate, sed integer & viuus habet. Item Mysterium fidei dicitur, quia credere debes, quod ibi salus nostra consistat. Si a. queratur, Vtrum quotidie communicandum sit? Audi quid Lib. de eccl. inde tradit Aug. Quotidie, inquit, eucharistiam accipere nec laudo nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicadum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico eucharistie perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato mordetur, si peccandi tamē de cetero non habeat voluntatem, & satisfaciat lachrymis & orationib. accedat securus: sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata nō grauant. Sed non frequentius, saltē ter in anno homines cōmunicent, nisi forte quis criminalib. impediatur: in Pascā, sc. & Pentecoste, & natali. Omnes ergo cōmunicent, qui noluērint carere ecclesiasticis liminib.

SI HÆRETICI ET EXCOMMUNICATI HOC

Sacramentum confiant.

DISTINCT. XIII.

Sōlet etiam queri, Vtrum prāui Sacerdotes hoc sacramentum confidere queant. Ad quod dici potest, aliqui, licet sint prāui consecrant v̄ere, scil. qui intus sunt nomine & sacramento, et si non vita: quia non in merito consecrantis, sed in verbo Pasc. in pr. e. efficitur creatoris: vnde Aug. intra catholicam Eccl. li. de ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis Domini, p̄ ore Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur i. q. 1. intra sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris & virtute Spiritus S. Credendum est enim, quod in verbis Christi sacramenta confiantur. Sicut ipse est qui bāptizat, ita ipse est, qui per Spiritum S. suam efficit carnem & sanguinem. Item Greg. Putant quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illum fiat officio, quorum vita eorum oculis vide-

B'bb — tur

1. Cor. 12. 6 tur ignobilis. Heu in quam magnum laqueum ita
Ist. lib 29. cidunt: ut diuina & occulta mysteria plus ab aliis
symol. ca. 6. sanctificata posse fieri credant, cum unus idemque
 Spiritus S. in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria
 & operando sanctificet, & sanctificando benedi-
 cat. Mysterium ideo dicitur, quod secretam & re-
 coditam habeat dispensationem. Sacrificium ve-
 ro, quasi sacrum factum: quia prece mystica con-
 secratur pro nobis in memoriam dominice pa-
 sionis. Sacramentum est in aliqua celebratione cu-
 res ita sit, ut aliquid significare rei accipiamus. Sa-

Ibid. Ist. c. 19. cramenta sunt, Baptisma, Christma, Corpus Chri-
li. siy. cap. 6. sti: quae ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegu-
paulo infer. mēto visibilium rerum diuina virtus secretius sa-
 lute eorundem sacramentorum operatur. Vnde à
 secretis virtutib. vel sacrī, sacramenta dicuntur.
 Panis & calicis sacramentum Græcè, eucharistia
 dicitur: Latinè, bona gratia interpretatur: & quid
 melius corpore & sanguine Christi? Siue ergo per
 bonos siue per malos ministros intra Ecclesiā di-
 spensetur, sacramentum tamē est, quia Spiritus S.
 viuiscat: nec bonorū dispensatorum meritis am-
 pliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore

Dñi, hoc de baptismate & chrismate dicendum est
 & tenendum: quia virtus diuina secretius opera-
 tur in eis, & diuina solummodo est hæc virtus siue
 potestas non humanæ efficaciz. Illi vero qui excom-
 municati sunt, vel de hæresi manifeste notati, non
 videntur hoc sacramentum posse confidere, licet
 sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecra-
 tione Offero, sed offerrimus, quasi ex persona Ec-
 clesie. Et ideo cum alia sacramenta extra ecclesiam
 possint celebrari, de hoc non videtur. Quod enim
Aug. in fer. tradere videtur dicens, Recolite nomē, & ad-
 uertite veritatē. Missa n. dicitur, eo quod cœlestis
 nuntius ad cōsecrandum viuiscum corpus adue-
 niat: iuxta dictum sacerdotis dicētis. Omnipotēs
 Deus

Ioan. 6. 9

**Hic non te-
 netur.**

**de corpore
 Christi.**

Deus, iube hæc perfervi per manus sancti angeli
tui in sublime altare tuum, &c. Idcirco nisi ange-
lus venerit, Missa nequaquam iure vocari potest. Nu-
quid non si hoc mysterium hereticus ausus fuerit v-
surpare, angelum de cœlo mittit Deus oblationem
eius consecrare? maxime cum eisdem per prophetam
communitatis sit dicens, Maledicam benedi-
ctionibus vestris. Quod si benedictionib. eorum
se afferit maledicturā, veritas quid erit de hostia?
Ergo dicemus, illam posse benedici ab illo, quē sci-
mus à Deo fore maledictum cum sua benedictione.
Si n. Deus maledixerit benedictionib. hereti-
corum, & symoniacus benedixerit: q̄s eorum præ-
ualebit? Nunquid benedictio maledicti ad nihilū
poterit redigere verba verissima cōminantis Dei?
Ex his colligitur, q̄ hereticus à catholica ecclesia
præcisus, nequeat hoc sacramentum cōficerere: quia
sancti angeli, qui huius mysterij celebrationi assi-
stunt, tunc nō assunt, quando hereticus vel symo-
niacus hoc mysterium temerarie celebrari præsu-
mit. Non n. dubitare licet, vbi corpus Dñi & san-
guinis mysteria geruntur, supernorum ciuium
adesse conuentus. In huius a. mysterij explatione
sicut formam seruari, ita ordinem haberi, sc. vt sit
sacerdos, & intentionem adhiberi oportet, vt illud
facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio,
sicut veritas habet, nunquid potest intendere illud
cōficerere & si nō intendit, nunquid cōficit? Aliqui di-
cunt etiam nō recte de illo mysterio sentientes pos-
se intendere: nō quidē illud conficerere, q̄ iam esset
recte credere, sed id agere, q̄ geritur ab aliis dum
conficitur: & sic adhibetur intentio, & si intentio
dicatur de esse conficiendi illud mysterium, tamē
ex quo intendit ea dicere, & agere, quæ ab aliis ge-
runtur, impletur mysterium. Illud etiam sane dici
potest, quod à brutis animalibus corpus Christi non
sumitur, et si videatur. Quid ergo sumimus vel quod
i. q. i. e. mult
ti seculariū
ad finem.

B b b z mandu-

i. q. i. e. ma-
dicam.

Gloss. ordit.

1. Cor. 11.

manducat? Deus nouit hoc. De hoc cœlesti mysterio aliqua perstrinximus à catholicis fideliter tenenda, Qui n. his contradicit hæreticus iudicatur.

Hil. lib. 2. de

tri. ad pr. Idem

Hil. antem e

diū li. 8. Hi-

eron. ca. s. ad

Gala. & Os.

ca. 9. Aug. l.

de utilitate

credend. &

ad honoratiū

sermo, fit crimen. Idem in 8. intelligētia & sensus in

cap. 1. tom. 6.

crimine est. Hiero. dicit, quod ex verbis inordina-

tē prolati incurritur hæresis Aug. definiens quid

fit hæreticus, ait.

Hæreticus est qui alicuius tēpo-

ralis cōmodi & maximie gloriā principatusq; sui

gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequit.

Quid faciat hæreticum, & quid sit hæreticus. B

Ne a. ignores quid faciat hæreticum, vel quid

fit hæreticus, audi breuiter quid inde sancti do-

ctores tradant. Hilar. ait. extiterūt plures, qui cœ-

lestium verborum simplicitatēm, non veritatis

ipsius absolutionem suscepérunt? aliter interpre-

tantes, quā dictorum virtus postularer. De intelli-

gentia n. hæresis, non de scriptura est: & sensus nō

ad honoratiū sermo, fit crimen. Idem in 8. intelligētia & sensus in

cap. 1. tom. 6. crimine est. Hiero. dicit, quod ex verbis inordina-

tē prolati incurritur hæresis Aug. definiens quid

fit hæreticus, ait. Hæreticus est qui alicuius tēpo-

ralis cōmodi & maximie gloriā principatusq; sui

gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequit.

DE POENITENTIA.

DISTINCT. XIV.

Hiero. in cō- Post hæc de pœnitentia agendum est. Pœniten-

mentariis ad tia longe positis à Deo necessaria est, appro-

illud Esa 3: p̄inquent. Est n. vt ait Hieron. secunda tabula post

Agnitio vulnus naufragium: quia si quis vestem innocentia in ba-

sus corūt. 9. prismo perceptam peccando corruperit, pœniten-

& t. i. ep. ad tix remedio reparare pot. Prima tabula est bapti-

smus, vbi depositur vetus homo & induitur no-

ve. Secunda pœnitentia, quia post lapsum resur-

gimus, dum vetustas reuersa repellitur, & nouitas

pœnitentiam renouari valent, sed non per bapti-

smum. Licet homini saepius pœnitere sed non bap-

tizari, baptismus tantum est sacramentum: sed

pœnitentia dicitur & sacramentū & virtus mentis.

Est n. pœnitentia interior, & est exterior. Exterior

sacramentū est: interior virtus mētis est: & utrāq;

Causa salutis est & iustificationis. Vtrū vero omnis

exterior pœnitentia sit sacramentū, vel si non oī,

qua